

lis, venationi, & choreis indulgeant.  
Hæc enim apud illos summa.

Cum primum de sempiternis ignibus, & incendiis sceleri destinatis audierunt, immane quantum obstupuere: fidem tamen pertinaciter abrogabant, quod dicerent ibi esse ignem non posse, ubi nihil ligni sit: tum, quænam silvæ alere tot ignes, tam diuturnos, possent? Hæc ratio ineptissima tantam vim apud barbaras mentes habebat, ut iis persuaderi veritas evangelica non posset. Quippe in homine carnali, ut ait è SS. PP. non nemo, tota ratio intelligendi est consuetudo cernendi. Expugnavit nihilo minus pertinaciam sacerdos acer & ingeniosus. Fidenter affirmavit inferorum terram vices obire ligni, & ipsam ardere per se. Risu barbaræ